sanctos esse commemorat · ut unanimitate simul
& multitudine catholicorum · terreat eos
qui ab horum societate secum esse pauci segre
garunt · Propter ueritatem quae permanet in
nobis & nobiscum erit in aeternum · Non aliam inquit
ob causam te tuosque diligimus · nisi propter ue
ritatem fidei · quae in nobis semper inexpugna
bilis perdurat · Quia uidelicet eandem & uos
inuincibiliter custodire comperimus ·
Sit uobiscum gratia & misericordia & pax a deo
patre · a xpo ihu filio patris · in ueritate
& caritate · Quod negabant illius tempo
ris heretici · marcion & cherinthus · ue
rum esse filium dei dominum nostrum ihm xpm ihm
xpm · Sed illi a natiuitate humana
principium dabant · Recte iohannes

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20296 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20296)